















flagitaret. Est enim argumentum a Germanico tractatum eiusmodi, ut haud raro definire possis, quid necessario legendum sit, etiamsi coniectura nullius sit codicis auctoritate suffulta, aut lectiones codd. et edd. illi repugnent. Igitur equidem Germanici textum, quem operis ex editione Morelliana (Parisi. 1559. 4.) typis exscribendum dedi, non solum ad textum Grotianum, qui a Morelliano parum differt, refinxi, sed recepi quoque plurimas emendationes, in notis a Grotio prolatas, non tamen sine idonea causa. Nonnunquam etiam a Grotiana lectione discessi, et retinui aut vulgatam, aut migrare iussi in textum propriam coniecturam, quae probabilior videbatur. Omnino satius habui, dare Germanici fragmenta ita, ut saltem iis inesset sanus sensus, licet de sinceritate lectionis dubitari possit, quam servare antiquam lectionem, omni sensu destitutam. Addidi praeterea fragmenta







































































































































































































































































































































































Caetera descriptis aptantur singula membris 820.

Formarum; flagrans Leporem qua Sirius vrget,  
Languida, nec certo sub nomine cuncta feruntur.

Vltra fetosi rursus speciem Capricorni,

Cardinis immerfi qua sunt australia flabra,

In Pisirim horrificam conuersus viscera piscis 825.

Subuehitur. Notium vocat istum Graecia piscem.

Stellae aliae mundo, qua pulcher Aquarius in-  
flat,

Et qua cristato confurgit bellua dorso,

Vsque sub aërii rutilantia sidera Piscis,

Sunt mediae flammae, steriles, ac lucis egenae. 830.

Nam passim ignoti vice vulgi semet in aethram

Protollunt; dextram sed tantum propter Ephebi,

Pocula quem Diuûm mensis gestare loquuntur,

Efflua se species liquidarum fundit aquarum

Partes in geminas. Lux illic clara duabus 835.

Est solum facibus; non hae spaciofa per aethram

Interualla tenent, neque lumen lumine forte

Collidunt; vni Phrygium nam subter Ephebum

Ardet apex; alii, qua curuam bellua caudam

Terminat insignis, lato vomitur globus igni. 840.

Cunctis nomen Aqua est. Stella quoque deni-

que propter

Ora Sagittigeri, qua se vestigia prima

Cornipedis simulant, circunuoluuntur Olympo,

Queis face sub tenui tenebrosus marceat ignis.





























































































































































































































vf. 180. *Myrtilus exoritur summo cum fluctibus ore]*  
 Recte ita in Msto legitur. Vulgo:

*Myrtilus exoritur summo cum Piscibus ore*  
 quod falsum est et Arato intactum. Expressit Germanicus hoc versu et proxime sequentibus Arateum (Phaen. vf. 176):

— — συναληλαμένοι δὲ Φέρονται·

Ἄλλ' αἰὲ Ταῦρος προΦερέστας Ἡνιόχοιο

Εἰς ἑτέραν καταβῆναι, ὀμηλυσίη περ ἀνελθών.

vf. 181. *Totus cum Tauro lucet]* Ms. *Tutus*. Male.

vf. 184. *quia Iuppiter auctor]* Ms. *qua*. Male.

Arat. Phaen. vf. 181. ἐπει Διὸς ἐγγύθεν ἦσαν.

vf. 186. *Ipsa breuem]* Ms. *breue*. Perperam.

vf. 187. *Diducto passu]* Edd. antiqq. *Diducto passim*.  
 Male.

vf. 188—192] Dedi hos versus, quemadmodum illi a Grotio emendati et distincti sunt; nam in edd. antiquioribus locus hic legitur corruptissime ita:

— quantum latus a pede dextro,

*Cepheus extremam tangit Cynohurida caudam;*

*Tantundem a laevo dislat minor; utraque iungit*

*Regula. Cepheos vestigia baltheus ambit.*

*Qua latus afflexum sinuosi respicit Anguis,*

*Cassiopeia virum residet sublimis ad ipsum.*

Cod. mf. Grotii male habet *Tantumque* pro *Tantundem*.

Firmatur autem lectio Grotiana versibus Arateis Phaen.

184 sq.

Ἴση οἱ στάθμη νεάτης ἀποτείνεται οὐρῆς,

Ἐς πόδας ἀμφοτέρους, ὄσση ποδὸς ἐς πόδα τείνει.

Αὐτὰρ ἀπὸ ζώνης ὀλίγου κα μεταβλέψειας.

Πρώτην ἰάμενος καμπὴν σκολιῶδ' Δράκοντος·

Τοῦ δ' ἄρα κ. τ. λ.

Notandum, Germanicum vno loco ad morem communis Graecorum linguae Κηφέας dixisse, altero ad morem Iou-  
 num











































































































































































































































Aetolia, vbi tamen Amphion faiffe nusquam legitur; cum potius tota de eo fabula Boeotiam spectet. Vid. Heyne ad Virgil. l. l.

vf. 72 (1397). *ille sali furit implacabilis horror]* Male vulgo: *ille sali fuit implicabilis horror.*

vf. 73 (1398). *Adfore quem pelago comitem sibi dixerat astrum]* Sensus est: Horror sali, quem Astrum sibi comitem dixerat pelago adfore. Recte dixit Auienus horrorem astri comitem *συναπέλουθον*. Possit etiam legi: *tibi dixerit pro sibi dixerat.*

vf. 80 (1405). *aderit cognoscere]* Est hellenismus: *ἔσται* siue *πάρεσται γινώσκων*, licebit cognoscere.

vf. 82 (1407). *qui longi tempore mensis]* Vulgo: *quae longi tempora mensis.*

vf. 84 (1409). Init Auienus disputationem physicam de principiis meteororum secundum philosophos et Aristi interpretes graecos, non secundum Aratum ipsum. *Ἰνμαϊδὺν* vero dicit, non τὸ *ἄνωγον*, sed τὸ *ἐνώγον*.

vf. 87 (1412). *Insubiectum oculis]* Graecissatiterum Auienus. *Insubiectum* est *ἀνυπότακτον τοῖς ὀφθαλμοῖς*. Male vulgo: *In subiectum oculis.*

vf. 88 (1413). *Multaque materia est]* Vulgo: *Multaque materies.*

vf. 92 (1417). *tenues nebulas caligine fusa Tenduntur caelo]* Grotius ad h. l. (ex Aristot. Meteorol. I, 9). Nūbium et nebularam eadem materia; *ἀραιαί, ταῦτ' ἐστὶ τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν*; sed nūbium materia copiosior. Nebula est *ὀμίχλη*. *Ὀμίχλη* Peripateticis *νεφέλη ἄγωνα*. Si vero humor sit maximus, fit pluuia.

vf. 94 (1419). *in celeres dissoluitur undique ventos]* Vulgo: dissoluit. Ventus sunt *ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως, ταῦτ' ἐστὶ, τοῦ θερμοῦ καὶ ξηροῦ*.

vf. 98 — 100 (1423 — 1425). *Hic super imbres Exprobrat; eductum feruoris at obice Mundus Respuit humorem]*











































































































































































































































































sparfa sunt. Ceterum dictio Germanici poetica, quamvis ille passim archaismum sectatus sit, longe est viuidior et elegantior Ciceroniana, et prodit omnino poetam Virgilii et Horatii aequalem. Meminisse etiam nos oportet, carmina Germanici corruptissima ad nos peruenisse, et vix vnquam illis natium nitorem suum restitutum iri.

Vti in Aratum Graeci, ita quoque in Germanici Aratea latine commentati sunt iam antiquioribus temporibus viri docti plures. Scripserat Commentarium in Germanici Aratea *Nigidius Figulus*, ex quo Fragmenta collegit Rutgerfius Var. Lectt. Lib. III. p. 276. sq. Alius exstat vetus Commentarius sub nomine *Scholiastae Germanici*, quem et ego in hac editione textui adiungendum curavi. Est ille a diuersis hominibus e pluribus antiquioribus Graecorum in Aratum commentariis, sicut scholia ad Aratum graeca, conflatus absque vllò ordine; quare etiam eadem saepius repetuntur; afferuntur sibi contraria; et sermo est tam barbarus, incomtus et vitiosus, vt totus hic commentarius non veteris latini scriptoris operi, sed pueruli nostrae aetatis exercitio styli latini similis videatur. Arbitror equidem, doctos Grammaticos latinos olim Germanici Aratea discipulorum coetui explicasse, et scholia, quae hodie tenemus, esse dictata, a discipulis calamo excepta; ita sermo factus est tam incohaerens et parum latinus. Scholiis vnus Grammatici latini addita et intermixta postea sunt alia, vnde repugnantiae ortae sunt. Leguntur etiam scholia ad Germanicum in vnoquoque cod. msto diuersa. Vide praef.





































































N O M I N V M E T R E R V M.

- XXXII, 273. G. 477. F. 603. F. 273. progn. G. P. I, 10. II, 8. 44. 47. 100. v. *Iuflitia*.
- Tyrii F. 124. vlulae F. P. 377.
- vellere coelo volitantia F. P. 370. volucres, agmina volucrum F. P. 495. v. *aves*.
- Venus alma G. P. II, 23. 38. 58. Vrsae A. 27. C. V. G. 25. F. 77.
- Vergiliae A. 255. C. XXXII, 28. G. 254. F. 602. v. *Pleiades*.
- Vindemiator A. 137. Zephyri F. 866.
- Virgo A. 96. oriens 596. C. Zodiacus A. 544. C. XXXII, 226. 298. G. 517. v. *Circuli*.
- XVI. XXXII, 380. G. 95. Zonae F. 930. v. *Circuli*.
-